



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCLXII. Papst Clemens V. legitimirt die Ehe des Markgrafen Woldemar
von Brandenburg mit seiner Gemahlin Agnes, die von den beiderseitigen
Eltern des Friedens halber geschlossen worden, am 9. 1309.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCLXII. Pappst Clemens V. legitimirt die Ehe des Markgrafen Woldemar von Brandenburg mit seiner Gemahlin Agnes, die von den beiderseitigen Eltern des Friedens halber geschlossen worden, am 9. November 1309.

Clemens etc. Dilecto filio nobili uiro Woldemaro, Marchioni Brandenburgensi, et dilecte in cristo filie nobili mulieri agneti, Marchionisse Brandenburgensi. Sedis apostolice circumspecta benignitas Nonnunquam, rigorem mansuetudine temperans, quod negat iuris seueritas, de gratia pietatis indulget, prout negotiorum et temporum qualitate pensata, id in Deo conspicit salubriter expedire. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod olim utriusque uestrum parentes, dum adhuc uiuerent, ad sedandas discordias graues et guerras, que ab antiquo inualuerant et tunc inualecebant etiam inter ipsos, uobis ignorantibus de futuro inter uos sponsalia contraxerunt, promittentes hincinde inter se, quod uos faceret inuicem matrimonialiter copulari, de his seruandis magnis inter se penis adiectis, fideiussoriis exhibitis cautionibus et prestatis iuramentis. Cumque postmodum dictis parentibus de hac luce subtractis, hoc ad uestram notitiam deuenisset, uos dictarum guerrarum pericula uitare uolentes, et timentes huiusmodi promissionibus et fideiussoriis cautionibus contraire, quamuis tertio ex uno, et quarto ex alio lateribus consanguinitatis gradibus uos inuicem sciretis affectos, matrimonium de facto inuicem contraxistis, illud postmodum subsequuta inter uos carnali copula consummando. Verum quia impedimento consanguinitatis huiusmodi obistente, in eodem matrimonio non potestis absque dispensatione dicte Sedis legitime remanere, nobis humiliter supplicastis, ut prouideret uobis super hoc de oportuno dispensationis remedio dignaremur. Nos igitur uolentes in hac parte uestre salutis commodis paterna beneuolentia prouideri, uestris supplicationibus inclinati, uobiscum, ut impedimento huiusmodi consanguinitatis non obstante, possitis in dicto matrimonio licite remanere, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem susceptam et suscipiendam a uobis ex huiusmodi matrimonio legitimam nuntiantes de apostolice plenitudine potestatis. Nulli etc. Datum Auinion, V. Idus Nouembrii, Anno quinto.

Nach einer Abschrift des Vaticanischen Geh. Archives, e Regest. litt. communium Anni V. Epist. 881.

CCCLXIII. Instrument wegen der Theilung des dem Herzoge Heinrich von Braunschweig abgenommenen Gebiets von Brumme, Barsfelde und Stellefeld und des Hasenwinkels, zwischen dem Herzoge Otto von Lüneburg und den Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg, vom 18. Dezember 1309.

Hertughe Otto van Lunenborch, Margreue Woldemar vnd Margreue Jan von brandenburch, de hadden ghuut tu samene, dat se vnde or alderen hadden afghewonnen deme hertughen hinric van Brunswich myt oreme heerfelde, in eneme rechten lantfrede, dorch des willen, dat sy dar van gherouet vnde ghebrant worden vnd enen recht mochte dar af gheseyn. Dit is dat ghuut, dat sy eme afghewonen: Brumme,